

- ex itinere, cum iam progressus esset multorum die-  
rum viam. quois quidem hoc praeclarissimum est,  
quod posteaquam a Caesare tetrarchia et regno pecu-  
niaque multatus est, negat se tamen eorum auspicio-  
rum quae sibi ad Pompeium proficiscenti secunda 5  
evenerint paenitere; senatus enim auctoritatem et po-  
puli Romani libertatem atque imperii dignitatem suis  
armis esse defensam, sibi que eas aves quibus auctori-  
bus officium et fidem secutus esset bene consuluisse;  
antiquiorem enim sibi fuisse possessionibus suis glo- 10  
riam. ille mihi videtur igitur vere augurari. nam  
nostri quidem magistratus auspiciis utuntur coactis;  
necesse est enim offa obiecta cadere frustum ex pulli  
28 ore cum pascitur; quod autem scriptum habetis \* aut  
tripudium fieri, si ex ea quid in solidum ceciderit, 15  
hoc quoque quod dixi coactum tripudium solistimum  
dicitis. itaque multa auguria multa auspicia, quod  
Cato ille sapiens queritur, negligentia collegii amissa  
plane et deserta sunt.
- 16 Nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato ne 20  
privatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptia-  
rum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum  
tenent. nam ut nunc extis, quamquam id ipsum ali-  
quanto minus quam olim, sic tum avibus magnae res  
inpetriri solebant. itaque sinistra dum non exquirimus, 25  
29 in dira et in vitiosa incurrimus. ut P. Claudius Appi  
Caeci filius eiusque collega L. Iunius classis maxumas  
perdiderunt, cum vitio navigassent. quod eodem modo  
evenit Agamemnoni, qui, cum Achivi coepissent

